Joanneme Giroux et Theresiam Frigon
Mariage à Pointe-du-Lac (texte latin)



Josephus franciscus Perrault Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, Vicarius
Generalis Diœcesis Quebecensis sede vacante, Reverendissimo admodum
Patri Dominico Petrimoult Recolecto, Ecclesiæ Sanctæ Mariæ a visitatione
vulgo de la pointe du lac, Pastori, Salutem in Domino
Si tibi constiterit Mariam joannem Giroux et theresiam frigon viduam
de Dulongcourt, Parochianos tuos, liberos ac Solutos esse ad Matrimonium inter
se contrahendum, unumque futuri eorum Matrimonii bannum Rite canonice
ac nemine Repugnante proclamatum fuerit, Licentiam tibi damus Matrimo-
nium inter illos celebrandi, non obstante defectu proclamationis duorum ban-
norum, super quo cum dictis partibus dispensavimus ac per presentes dispen-
samus, dum modo id fiat de consensu parentum a jure Requisitorum, nullum
que aliud noveris impedimentum canonicum aut civile quod obstet, servatis
aliunde servandis Ecclesiæ Ritibus, itemque salvo cujus libet jure, volumus
autem ut presens dispensatio nulla sit si vel una ex predictis conditionibus
Desit. Datum trifluvianopoli sub signo nostro sigilloque ordinario capituli
Quebecensis, anno domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo
Die vero Septembris Decimâ Septimâ

Perrault chn vgl

Référence:
"Québec, registres paroissiaux catholiques, 1621-1979," database with images, *FamilySearch* (https://familysearch.org/pal:/MM9.3.1/TH-1942-28029-24444-78?cc=1321742 : accessed 26 May 2016), Pointe-du-Lac > La Visitation-de-la-Pointe-du-Lac > Index, baptêmes, mariages, sépultures 1749-1825 Baptêmes, mariages, sépultures 1744-1840 > image 165 of 731; nos paroisses de Église Catholique, Quebec (Catholic Church parishes, Quebec).